

Paris 6570, ff. 57va-58va

cf. Grabmann 1911 *Methodo* II pp. 45-48

G. Dahan, "Une introduction à la philosophie au XIIe siècle. Le tractatus quidam de philosophia et partibus eius", *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge*, 1982, 155-180

Tractatus quidam de philosophia et partibus eius¹

¶ Philosophia aliter describitur secundum nominis etymologiam, aliter secundum rei es/sentiam. Secundum nominis etymologiam, sic: "Philosophia est amor sapientiae, / mens vivax, nullius indiga, ratio rerum primaeva" (*Hugo, Didascalicon* II.1). Secundum essentiam rei, sic: / "Philosophia est eorum quae videntur esse et quae sunt et immutabilem sui sor/tiuntur substantiam certa rationis comprehensio" (??? *Ricardus, Liber exceptionum* I.1).

Dividitur autem secundum quosdam in phy/sicam, eticam, et theologiam. Quod placuit Origeni. Unde secundum / tres partes philosophiae Salamonem(!) tria volumina attestatur composuisse: / Eccleaston(!) ubi fuit physicus, et Proverbia in quibus ethicus, et Cantica / canticorum in quibus comprobatur exstitisse theologus. Logicam vero his / tribus applicabant.

Alii vero scientiam primo loco constituentem, eam in / eloquentiam sapientiamque distribuunt. Eloquentiam vero in grammaticam et di/alec|182|ticam et rhetoricam dividunt, grammaticam primo loco tanquam / fundamentum, dialecticam secundum tanquam augmentum, rhetoricam tanquam / consumationem constituentem.

Sapientiam vero in duo distribuunt: in theo/ricam² et practicam.

Practicam in tria: in ethicam, oeconomicam, / et politicam. Ethica est qua mores aedificantur; unde dicitur ethica / a graeco quod est *ethis* id est mos. Oeconomica est qua propriis familiis / dispensare docemur; dicta oeconomica a graeco quod est *oekonomon* / id est dispensator. Tertia dicitur politica a graeco quod est *polis*, id est civitas / vel multitudo, quoniam ipsa urbes regere et republicas insinuat / administrare.

Theoricam dividunt in physicam, mathematicam, et / theologiam. Physicam in duobus consistere asserunt: in expulsione / morbi <et>³ / conservatione sanitatis. Mathematicam in quatuor dividunt: / in musicam,

¹ *titulus i.m. manu recentiore P*

² theo/ricam] rheto/rica(m) a.c. P

³ <et> *addidi*

arithmeticam, geometriam, astronomiam. Et dicitur ma/thematica a graeco quod est *mathesis* id est doctrina; *mathesis* namque / producent et sine aspiratione interponitur divinatio; unde Iuvenalis (*Sat.* XIV.248) / “Nota mathematicis genesis tua”.

Musica autem in mundanam, / humanam, instrumentalem separatur. Iuxta quam divisionem sic describitur: / Musica est scientia perpendendi |183| proportiones⁴ ad cognitionem concordiae / et discordiae rerum. Secundum vero tertiam partem, id est instrumentalem, sic describitur: Musica est scientia perpendendi proportiones⁵ ad cognitionem consonantiae et dissonantiae. Appellata est musica quasi *mosaica* a graeco quod / est *moys* id est aqua; unde *moyses* quoniam ex aquis raptus est. Hanc etymologiam sortita est, quoniam in ydrallii reperta fuisse dicitur; ydrallia vasa sunt aquatica, in quae offendens musicam reddidit consonantiam⁶. /

Mundana alia consistit in epemeritis quae consideratur in numero, / pondere, et mensura; alia in planetis quae ex motu, situ, natura, / vel⁷ effectu ipsorum perpenditur; alia in temporibus quae in annis, mensibus, hebdomadis, vicissitudine lucis et noctis reperitur. [] Humana alia / consistit in corpore, alia in anima, alia in utriusque compactione. Et ea quae in / corpore alia in humoribus, alia in complexionibus. Humores autem sunt / quatuor: sanguis, cholera, melancholia, phlegma⁸.

Sunt autem quatuor qualitates quae tam in elementis quam in temporibus [quam in temporibus], tam in aetatibus / quam in humoribus, proportionalibus considerantur: calor, frigus, humor, |57vb| siccitas. Et faciunt sex complexiones, quatuor possibles, duas impossibiles. Impossibiles sunt quas duo opposita compingunt, ut calidum et frigidum, humidum et siccum. Possibiles, quae quilibet⁹ <non>¹⁰ suo opposito sed¹¹ / duobus reliquis, ut calidum |184| humido et sicco et frigidum eisdem. Possibilibus complexionibus elementa, tempora, humores, et aetates, sibi dissonata consonantur.

Quatuor sunt elementa: terra quae sic dicitur a terrendo, / aqua quae sic ab aequalitate, aer qui sic a circumferentia (*aerin* namque / graece,

⁴ proportiones *correxit Dahan*] port(i)ones *P*

⁵ proportiones *correxit Dahan*, port(i)ones *P*

⁶ consonantiam *lexit Dahan*, consonantia(m) *P*

⁷ (ve)l *P*, et *lexit Dahan*

⁸ phlegma] fleuma *P et Dahan*

⁹ quilibet(et) *P*, quolibet *lexit Dahan*

¹⁰ <non> *addidi*

¹¹ sed) *P*, scilicet *lexit Dahan*

latine circumferre dicitur), ignis qui¹² latinum est.

Tempora similiter quatuor: ver / quod sic appellatur a vernando, aestas ab aestu, autumnus ab autumnan/do (quod est lolligere), hiems ab *yemin* quod est comedere.

Eodem modo hu/mores quatuor: sanguis qui¹³ latinum est, phlegma¹⁴ quod¹⁵ interpretatur aquaticum, cholera / rubea quae latine est dicta rubeus humor, et cholera nigra quae niger / humor appellatur, unde melancholia dicitur (*melan*¹⁶ niger, *colon* hu/mor, unde *melancholia* niger humor).

Aetates secundum quosdam sex / sunt. (1) Et est prima infantia quae ab ortu cuiuslibet usque ad septimum annum / distenditur; sic dicta quoniam vix aut nunquam aliquis usque ad id aeta/tis expedire loquitur, sed balbutiendo nescit ad plenum verba forma/re. (2) Secunda pueritia, quae quintodecimo anno terminatur; dicta pu/eritia a *pure*¹⁷ id est custode, quia usque ad quintumdecimum annum / filii nobilium in custodia tenebantur. (3) Tertia adolescentia, / quae usque ad xxi annum procedens; sic appellatur a crescendo, quoniam / ad id temporis homo crescit in longum vel in altum. (4) Quarta iuventus, / quae xxx^{mo} ii^o vel iii^o anno finitur; sic dicta a iuvando, quoniam ab / hac aetate debet unusquisque patrem iuvando laborem illius supporta/re. (5) Quinta est virilis aetas, quae ad quinquagesimum propagatur; et sic a for/titudine nominatur (illius enim aetatis status probatur firmior). [185] (6) Sexta / senectus, quae usque ad lxxx annum porrigitur; sic dicta a se/nescendo, id est deficiendo, quia ab illa incipit homo deficere et in mor/tis defectum vergere (ultra enim lxxx annum quantulumcumque vita ho/minis prolongetur, senium vel aetas decrepita dicitur, et nihil in ea est nisi / labor et dolor). [] Secundum alios quatuor sunt. (1) Et prima dividitur in du/as: in infantiam et pueritiam. (2) Secunda in adolescentiam¹⁸ et iuventutem; / unde dicit Salomon (*Ecc.* 11.9); “Laetare iuvenis in adolescentia tua”. (3) Tertia, / id est virilis aetas, mansit indivisa. (4) Quartam, id est virilem aetatem, / in senectutem et decrepitam aetatem.

Aer, ver, et sanguis, et / pueritia calida et humida complexione tenentur, eiusque / opposita (terra, autumnus, melancholia) virilis aetas, quare sese / nullatenus patiuntur. Verumtamen ad haec¹⁹ (ignis, cholera,

¹² q(ui) P, quod *lexit Dahan*

¹³ q(ui) P, quod *lexit Dahan*

¹⁴ phlegma] flecma P et Dahan

¹⁵ quod *lexit Dahan*, q(ui) P

¹⁶ mela(n) P, mela *lexit Dahan*

¹⁷ pure id est custode] dustode pure i(d est) et *transportanda indicavit P*

¹⁸ adolescentiam *lexit Dahan*, adlesc(e)ntia P

¹⁹ h(aec) P, hoc *lexit Dahan*

iuven/tus), aetas hinc aqua, secundo hiemps²⁰, phlegma, senectus; illinc / altrinsecus disposita eorum discordias concordando, inimici/tias etiam convertunt in amicitias.

Dicimus enim quoniam musica, quae / in corpore consideratur, perpenditur ex humoribus, ideo quod in his quali/tatibus dissociati, illis associantur²¹ vel ex moribus vel ex operatio/nibus, iuxta quae²² ad debitum finem diriguntur vel ab eodem privantur. [58ra]

Illa vero quae in anima alia in facultatibus, alia in viribus, alia in virtuti/bus. Facultatibus sunt vegetatio, sensus et ceterae potentiae a quibus anima / diversas suscipit appellationes. Vires sunt rationabilitas, ira, concupiscentia. / Virtutes prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia.

Quae porro / in comparatione utriusque intelligitur, alia in victu, alia in vestitu, / alia in aedificiis reperitur. De qua Lucanus (II.380-391) legitur commendasse Ca/tonem, qui nec in victu nec in vestitu modestiae fines egres/sus est.

Instrumentalis alia metrica, alia rithmica, alia meli/ca.

Metria est quae [186] certa pedum dimensione astringitur.

Rithmica²³ / quae certis syllabarum distinguitur numeris. Has quidam instrumentales / esse abnegavit. Ad quod dicimus quoniam, etsi instrumentis²⁴ artificialibus / non celebrentur, idcirco non minus instrumentales approbantur / utpote quae naturalibus, id est novem vocis instrumentis, exercentur, quae sunt / duo pulmones, plectrum linguae, cavum gutturis, quatuor / principales dentes²⁵, coniunctio duorum labiorum. Inde est quod a poe/tis²⁶ novem Musae confictae sunt, quibus Mercurium praefecerunt et / Mercurio et Musis Apollinem. Tamen a quodam dictum est: / “Musas ducit Stilbon Archas, anteit Apollo.

Melica quae / in melodiis consideratur. Sic appellata a graeco quod est *melos*²⁷ id est dul/ce. Et hoc idem est quod harmonia. Est autem harmonia discordium vo/cum concordia. Et haec separatur in diatonicam, cromaticam, et enar/monicam. Diatonica constat ex duobus tonis et semitonio. / Cromatica ex tritonio et duobus semitoniis. Enarmo/nica ex ditono et diesi. Diesis autem est minor pars lima/tis, id est minoris

²⁰ hiemps] ye(m)ps *P et Dahan*

²¹ associantur] assotia()nt(ur) *P*, assotiantur *lexit Dahan*

²² que *lexit Dahan*, q(ue)m(?) *P*

²³ Rithmica] Reithmica *a.c. P*

²⁴ instrumentis *correxist Dahan*, inst(ur)m(en)tib(us) *P*

²⁵ de(n)tes] p(ar)tes *a.c. P*

²⁶ poetis *lexit Dahan*, po()e/tis *P*

²⁷ melos *lexit Dahan*, mel' *P*

semitonii. Diatonicae sunt viii²⁸ modi: auten/tus protus, plaga proti, autentus duterus, plaga deuteri, / autentus tritus, plaga triti, autentus tetrardus, plaga tetra/di. Est autem musicae effectus ammirabilis. Legitur enim quod enarmoni/ca suis strepitibus facile furorem excitat, et melodiis pacem / furentibus et tranquillitatem infert. Unde etiam in bellis diversa / sunt genera cornuum. Quaedam excitativa et non pulsiva ut sunt / tubae et huiusmodi, quaedam sedativa et repulsiva ut sunt litui. / Cromaticae vero tanta est efficacia quod cito dissolvit aliquem / et cito in libidinem tahit praecipitem. Haec autem Lacedomones ex/perti sunt, qui quemdam musicum ut libros suos erudiret advo/cantes, ipsum postea exilio deputaverunt, nimirum quoddam²⁹ / melos mentibus eorum intimatum suavitate sua [187] illos intantum / demulserat quod soli laciviae, solis lenociniis viverent attenti. /

Isti ergo, qui scientiam sic prima fronte collocant divisionis, eloquen/tiam a sapientia separant et aliam esse iudicant. Quod auctorita/tibus et rationibus nitimur probare. Auctoritatibus, ut Catonis (*Disticha Catonis* I.10): / “Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis”; et Salustii, qui vo/lens Catilinae personam contaminare³⁰ et ad coniurationem idoneam / ostendere, dixit (*De coniuratione Catilinae* V.5): “Inerat ei parum sapientiae, sed multum eloquen/tiae”; et Tullii, qui in Rhetoricis dixit (*De inv.* I.1): “Sapientia sine eloquentia parum / prodest, eloquentia sine sapientia multum obest”. His itaque aucto|58rb|rita`ti`bus, quibus videntur divisa³¹ esse, addunt rationes, dicentes quod, si constaret / eloquentiam sapientiam esse, quicumque grammaticae susciperet appellationem, et sapientiae. / Multos autem videmus et scimus grammaticos, quos non audemus nec debemus / censere ph(ilosopho)s. Et idem in dialectico contingit et in rhetorico. Quare constat eloquen/tiam nihil spectare ad sapientiam. Auctoritates et rationes satis fa/cile ab auctoribus huius³² sententiae exponentur. Nam di/cunt in auctoribus multotiens accipi <eloquentiam>³³ pro garrulitate, et sa/pientiam pro vitae honestate.

Alii videntes hominem compactum dupli/ci substantia, corpore videlicet et anima, intellexerunt quaedam necessaria esse cor/pori, quaedam animae, quaedam conservationi utriusque. Ad triplicem itaque con/servationem triplex scientia reperta est. Physica ad tutelam corporis,

28 viii *correxit Dahan*, vii^{te(m)} *P*

29 quoddam *correxit Dahan*, q(uen)da(m) *P*

30 9taminare *P*, contemnere *correxit Dahan*

31 diuisa *P*, diuersa *correxit Dahan*

32 huius + [eloquentie] *P*

33 <eloquentiam> *addidit Dahan*

quae agit / de naturis; theologica ad praesidium animae, quae vitiorum fugam praedicat / et virtutum appetitum; scientia legum, quae dictando iustitiam res / exteriores protegit et cuncta coniunctioni corporis et animae necessaria. Ad istas / tres scientias paratae sunt tanquam quaedam viae .vii. liberales artes, quae in / trivio et quadruvio continentur. Grammatica, dialectica, rethorica dictae / trivium quasi tres viae et triplex accessus ad praedictas scientias. Arithmetica, musica, geometria, astronomia dictae quadruvium simili / **[188]** ratione. Nullus³⁴ enim perfectionem illius triplicis sapientiae potest attingere / nisi in his .vii. prius exstiterit perfectus.

Differt autem scientia ab arte, quoniam / ars est collectio praeceptorum quibus ad aliquid faciendum facilius quam per / naturam informamur, scientia autem est rerum cognitio cum certa ratione quare / ita sit. Sic itaque scientiae ab artibus differunt.

Artes vero istae dicuntur liberales, quoniam animum a curis liberum reddunt, vel quia animum a curis / liberum exigunt, vel quia soli liberi ad disciplinam istarum artium per/mittebantur accedere.

Et dicuntur liberales ad differentiam mechanicarum / artium, quarum disciplinam istarum artium per/mittebantur accedere. Et dicuntur liberales ad differentiam mechanicarum / artium, quarum disciplinam tam nobiles quam ignobiles tam liberos quam ser/vos admittebant. Dicuntur autem mechanicae quasi adulterinae, id est libera/rium imitatrices; vel mechanicae a deteriore parte studenditum in se, / id est ab ignobilibus vel adulteris quos recipiunt.

Sunt autem mechanicae / .vii. quemadmodum et liberales: lanifitium, venatio, navigatio, medici/na, agricultura, armatura, et pictura. Quarum inventores propter nimiam / ipsorum commoditatem tantae reverentiae habiti sunt. Quod cum diis / numerati reperiuntur (nempe in rei veritate homines fuerunt, sed / istas artes adinveniendo multam mundo utilitatem contulerunt), / ideo dii computati sunt. Unde Minerva, quae prima lanam carpere et / inde³⁵ fila ducere et pannorum usum habere docuit, lanifitio tanquam dea / praeesse aestimabatur. Diana et Venus venationi, cuius inventrices dicuntur; **[189]** inde /³⁶ est quod in auctoribus <Venus>³⁷ saepe sed Diana saepissime speciem venatoris³⁸ / induit, cum vocis et oris reverentia³⁹—divini⁴⁰. Neptunus navigationi, / quoniam primus auxilio

³⁴ Nullus *correx*it Dahan, Nulli(us) P

³⁵ in(de) P, *legi nequebat et ideo omisit* Dahan

³⁶ Inde / + [Inde] P

³⁷ <venus> *ddidit* Dahan

³⁸ uenatoris *correx*it Dahan, uenatio(n)is P

³⁹ reverentia *lectio incerta*, reua'ntia P, revarentia *Fr. Alessio*, reverentia Dahan

⁴⁰ diuinj *lexit* P, diutius *Fr. Alessio*, diurni(?) Dahan

navis temeravit mare, quapropter praesul aquarum extitis/se⁴¹ legitur. Medicinae Appolo et Esculapius. Agriculturae Ceres, armaturae / Vulcanus atque picturae.

Et artes liberales habent propria el(ement)a, quibus dubia unius/cuiusque fidem habeant. Grammatica⁴² rationes; dialectica per se nota et maximas / propositiones; rhetorica locos communes et generales; arithmetica et musi/ca antexiomata; geometria et astronomia thoremata.

Isti autem |58va| sic faciendo distinctiones: artibus et s(cien)tiis ph(ilosop)iam applicuerunt. /

Hos autem dicimus ph(ilosop)iam in .iiii^{or}. partibus consummari: in physica⁴³, quae / genuina sive naturalis appellatur; ethica, quae moralis; theorica, quae / rationalis; et theologia, cuius vocabulum ob dignitatem graece linguae / et eorum de quibus agit inmutatum permansit. Sunt etenim tres lin/guae principales, Hebraea, Graeca, et Latina. Est autem Hebraea dignior, / vel quia prima fuit, vel quia ipsa in confusione sola remansit, vel quia ea / sola puer aliquis per se sine doctrina naturaliter loqueretur. Graeca / ditior, quoniam maxima sufficit verborum inundatione. Latina quantum faci/lior tantum variatur verborum inopia. Ideoque ad ipsius comparationem Graeca di/gnior⁴⁴ nominatur.

* * * * *

¶ Astronomia est scientia speculandi motus planetarum⁴⁵ / ad cognoscendos |190| eorum effectus. Et dividitur in gromonicam, id est com/putativam; et matimathicam, id est fallacem et vanam. Gnomon est / quidam stilus ferreus, qui stat in fundo horologii, ad cuius umbram ho/re distinguntur et supputantur, a quo illa astronomina dicitur gno/monica. Quae spectat ad horas et consistit in iudicio horarum. Ma/thematica dicitur ea quae consistit in imaginibus, sic a vanitate ap/plellata. Fallunt enim saepissime qui sic operantur et falluntur. Et dicitur / astronomia quasi scientia de regulis astrorum. *Nomos* enim regula interpretatur. Dif/fert ab astrologia. Nam astrologia est scientia perpendens motus astrorum / prout videntur, sive ita hoc sit sive non sit. Quae in duo dividitur, / ut est de ortu solis et occasu et de elevatione et depressione, de / augmento lunae et decremento⁴⁶, et in fabulosam, ut ea quae soli esse

⁴¹ extitisse *correx*i, existi^s/se *P et Dahan*

⁴² Grammatica rationes] R(ati)ones g(ra)matica *et transportanda indicavit P*, rationes gramatica *Dahan*

⁴³ physica *correx*i, phisica(m) *P et Dahan*

⁴⁴ dignior *Lexit Dahan*, dig/gnior *P*

⁴⁵ planetarum *correx*i, planatar(um) *P et Dahan*

⁴⁶ decremento *correxit Dahan*, d(e)t(ri)m(en)to *P*

currum / designat. Dicta astrologia quasi sermo de astris.

¶ Respublica / est aggregatio rerum, inter quas sunt quaedam imperantes, quaedam agen/tes, quaedam obtemperantes⁴⁷. Dicitur autem fuisse inventa ad exemplar / et imaginem sensilis mundi et microcosmi, id est minoris mundi, / scilicet hominis, a Moyse quidem primitus constituta; consequenter a Socrate, Platonis prae/ceptore, adumbrata; ad ultimum ab ipso Platone confirmata. / Attendamus igitur mundi utriusque⁴⁸ dispositionem, ut quemadmodum sit disponenda / nostra res publica intelligere valeamus.

Sunt itaque in mundo⁴⁹ sen/sili quaedam inperantia, quaedam agentia, quaedam obtemperantia. Im/perare dicuntur tres hypostates: pater et filius et spiritus sanctus. Quarum nutu omnia / fiunt, quarum imperio nulla praetereunt. Haec tria super omnia locum in mun/do habere dicuntur sensili, cum non loco quae ubique sunt, sed dignitate / super omnia collocata credantur. Subsequenti loco consistunt agentia / signa, scilicet et planetae et duo superiora el(ement)a, quorum amminiculo et officio / cuncta terrena amministrantur. Tertio loco et inferiori subsidunt / aqua et terra, quae aliis obtemperare dicuntur. Alia enim agunt⁵⁰ et haec pa/tiuntur. Unde duo superiora, aer et ignis, masculino genere, ista fe/minino declinantur.

In microcosmos eodem modo quaedam imperare, quae/dam agere, alia |191| obtemperare inveniuntur. Imperantia sunt sapientia / et sui comitatus: ingenium, ratio, et memoria. Et haec sibi locum in / superiori parte elegerunt. Cerebrum namque sedes est sapientiae, quod in tres / cellulas distinguitur. Earum prima fantastica appellatur sive in/genialis, et est calida et sicca congrua cholerae complexionis. Unde cholericis / facile percipiunt⁵¹, sed nisi melancholia aliquantulum firmantur, oblivi/oni percepta facilius tradunt. Ingenium namque est vis facile per/cipiendi, quod⁵² primam obtinet cellulam. Secunda logistica sive rationalis / consequitur, et raitoni appropriat. Est enim calida et humida, competens sanguineis, |58vb| quoniam maxime discretionis sunt. Ratio namque est vis facile discernendi perce/pta. Tertia dicitur memorialis, frigida et sicca, ideoque⁵³ melancholicis fami/liaris. Ipsi etenim multae sunt tenacitatis. In ista vero dicitur esse / quidam folliculus, habens os quod modo clauditur,

⁴⁷ obtemp(er)antes] ob[s]temp(er)antes *a.c. P*

⁴⁸ utriusque *lexit Dahan*, ut(ri)sq(ue) *P*

⁴⁹ mundo *lexit Dahan*, mudo *P*

⁵⁰ agunt &(?) *P*, agunt *lexit Dahan*

⁵¹ percipiunt *lexit Dahan*, p(er)cipiunt() *P*

⁵² q(uod) *P*, que *lexit Dahan*

⁵³ ideoque *lexit Dahan*, idq(ue) *P*

modo aperitur. Aperitur ut percipi/at, clauditur ut firmiter memoriae commendet. Memoria est firma / perceptio mente cognitorum.

Secundo loco in corde mansitant animo/sitas, fortitudo, et huiusmodi quae agere dicuntur. Est autem cor factum ad / modum pomi⁵⁴ puni in superiori parte apertum. Unde si cui vulnus ab / illa parte cordis inferatur, evadere potest⁵⁵; sed si ex alia, minime. / Hoc autem physicum est, et saepissime probatum.

Tertio loco in lumbis sedem / suam posuit voluntas et concupiscentia. Unde dominus Iesus / praedicans continentiam a digniori sexu inchoavit, dicens (*Luc.* 12.35): / “Sint lumbi vestri praecincti etc”. Masculini namque virtus in lumbis est, / feminae in umbilico. Unde dominus ad Satan in iob (40.11): “Virtus eius in lumbis eius et fortitudo illius in umbilico ventris eius”.

Istorum quaedam / similiter imperant, quaedam agunt, alia obtemperant, quoniam quod / sapientia tanquam imperando per ingenium percipit, perceptum ratione discer/nit, discretum memoriae commendat. Haec animositati committit, animosi/tas agendum suscipit, voluntas vero seu obtemperans amplexatur, / concupiscentia patitur. [192]

Ad istorum itaque imitationem Moyses, cui dominus / rerum exemplaria ostendit, suam rem p(ublicam) stabilivit, Iudae/orum populum in tres partes distribuens: in senatores, milites, pa/stores. Senatores dicti sunt quorum vicem clerici nunc op/tinent, eisque Moyses tradidit imperium. Dignum namque sibi / visum est ut qui praesunt aliis ratione et praeesent dominatione. / Ita tamen quod nec ambitu nec cupiditate dominandi sed pietatis / affectu et beneficio providendi, istos Moyses soli sapientiae / vacare, per quam suae rei publicae⁵⁶ consulere, et loca editiora / et sine strepitu praecepit mansitare. Militibus apientiae et animosita/ti sua studia inpendere, ut per sapientiam quid civibus, quid hosti/bus deberent intelligentes, per a`ni`mositatem cives alerent, hostes / proculcarent⁵⁷. Istis loca mediocria et turribus vicina, utpote / iuventuti bellis destinate habitare mandatum est. Pasto/res omnes dicti sunt, indifferenter omnes praeter senatores et mi/lites, qui non promiscue sed differenter⁵⁸ secundum diversitatem officiorum sub/urbia undique occupaverunt. Istis etiam⁵⁹ terra promissionis sor/tita fuisse perhibetur, concessis primitiis et decimis senatori/bus unde viverent et assignatis certis redditibus unde milites vi/verent. Ideoque et hi et illi in partitione exsortes exstiterunt. /

⁵⁴ pomi punici *correxit Dahan*, pomipunci *P*

⁵⁵ pot(est) *P*, postet *lexit Dahan*

⁵⁶ publicae] puplice *P*

⁵⁷ proculcarent *correxit Dahan*, p(ro)ulfarent *P*

⁵⁸ differenter *lexit Dahan*, diffent(er) *P*

⁵⁹ (et)(Iam) *P*, in *lexit Dahan*

Mundus⁶⁰ distribuitur in graecos, latinos, barbaros. Hii / in regiones, quae in nationes separantur, nationes in classica, clas/sica in familias, familiae in diversas consanguinitatis lineas. In his / omnibus est discretio sexuum, diversitas dignitatum, officiorum, con/ditionum, aetatum, et aliorum huiusmodi. Reverentia vero et dilectio / exhibenda est omnibus secundum maioritatem et paritatem, attenta / singulorum ratione iuxta quam excedentia et excessa reperiuntur. /

¶ Locutio et silentium quandoque cum ratione fiunt, quandoque sine / ratione. Locutio dicitur rationabilis quae fit cum est nec fit⁶¹ cum non est / loquendum; irrationabilis quae fit cum est et cum non est loquendum. Eodem modo silentium aliud rationabile, aliud temerarium. Rationabile, |59r| si dicitur silere cum est nec tacere cum non est tacendum, unde: “Proximus ille deo est qui scit ratione / tacere (*Disticha Catonis* I.3)”;
temerarium silentium est quod cum est et cum non est tacendum⁶² tenetur. Quod praedi/cabant quidam haeretici, digitum ori superponendo⁶³ et tanquam palum usque ad / nasum dirigendo, perpetuam taciturnitatem indicentes, hanc etiam rationem / in confirmatione suae temeritatis adducentes, quod quemadmodum si homo non pec/caret, locutio locum non haberet, nimirum sibi mutuo corda loquerentur, et sic / per⁶⁴ aevum esset silentium, ita et modo esse debet. Qui dicti fuerunt Passalorin/chitae, a graeco quod est *rinhoc* id est nasus |193| et *palo* scilicet digitum, in modum pali / naso dirigentes; melius autem dactilorinchitae dicerentur. /

¶ Terternas ter gerarchiae esse in ecclesia a Dionysio dictae sunt. Dividitur / namque ecclesia in duas partes: in eam quae cum deo in caelis regnat, et in eam quae ad/huc triumphatura in terris militat. Illa vero quae in caelis adhuc cum deo [militat]⁶⁵ / regnat, ab ipso in terte`r`nas descendit et defluit gerarchias: Seraphym, / Cherubin, <Throni>⁶⁶, Potestates, Principatus, Dominationes⁶⁷, Virtutes, Angeli, Archan/geli. Illa autem quae in terris adhuc regnatura dimicat, in biternas gerarchias / dividitur, quae geminis lateribus et a domino papa locum, qui rex fuit et sacerdos, / optinente dirimantur, ita tamen quod litterati dextrum, laici sinistrum latus / teneant. Et sciendum quod infimus gradus litteratorum et clericorum

⁶⁰ Mundus *lexit Dahan*, Mumndus(!) *P*

⁶¹ fit *lexi*, fit *seu fic P*, sic *lexit Dahan*

⁶² tac(e)nd(um) tenet(ur). q(uo)d *P*, tacendum. Tenetur quod *lexit Dahan*

⁶³ sup(er)ponendo *P*, supponendo *lexit Dahan*

⁶⁴ p(er) euu(m) *P*, pereuum *lexit Dahan*

⁶⁵ militat *P et Dahan*, expungendum *censeo*

⁶⁶ <Throni> *addidi*

⁶⁷ Dominationes *lexit Dahan*, domat(i)ones *P*

dignior est supre/mo gradu laicorum. Sic autem descendunt: primum locum tenet dominus papa, a quo / dextro latere dimittuntur patriarchae, cardinales et primates, archiepiscopi, / episcopi, sacerdotes, diaconi, subdiaconi, acolythi, ut in his exorchistae et ceteri / intelliguntur; sinistro autem latere primo loco senatores⁶⁸, imperatores, reges, / duces, demum consules, principes, et barones, demum milites et pastores, / sic ut in pastoribus omnes artifices intelligantur. Ad hos omnes regendos, pro/tegendos, geminis decoratur insignibus, geminis etiam gladiis munitur, / materiali scilicet et supirituali gladio. Sed quoniam turpe est suspendere latrones et ecclesia / abhorret exoculare et truncare pedes et cetera quae fiunt inter homines / ad conservandam iustitiam et ad retinendum vinculum humanae societatis, / ceptrum et materiale gladium imperatoribus <et>⁶⁹ regibus <tribuit>⁷⁰. Unde patet ipsos esse / carnifices ecclesiae. Sibi autem virgam pastoralem et spiritualem gladium re/tinuit, ut sic curam animarum, reges vero et imperatores gererent corporum. /

Quod autem terterne ter gerarchiae sunt, hoc innuitur quod in fide trinitatis / solidi esse debemus. /

⁶⁸ senatores *P, om. Dahan*

⁶⁹ <et> *addidi*

⁷⁰ <tribuit> *addidit Dahan*